



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



I. N. D. N. J. C. ¹⁴
DISSERTATIO ACADEMICA, ¹⁴

DE
JURE GLADII

SEU
MERO IMPERIO,

Quam
Favente Divinâ Gratiâ,
Consensu Magnifici Jctorum Ordinis,
in Patriâ Academiâ,
quæ est GRYPHISWALDIÆ,

Sub PRÆSIDIO

DN. PETRI MASCOVII,

Jcti & Pandectar. Profess. Ordinar. Regiique Consistorii in Ducatu
Pomeraniæ & Principatu Rugiæ Assessoris, Facultatis Juridicæ
h. t. DECANI Spectabilis,

DN. PATRUI, PATRONI ac PRÆCEPTORIS,
devotâ animi observantiâ æternum colendi,

Publicè Ventilandam

ad D. 30. April.

loco horisque consuetis proponit

GEORGIUS BOGISLAUS DE MASCOW,

Nobil. Pomeran.

AUTOR ET RESPONDENS.

GRYPHISWALDIÆ,

Litteris DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,
Reg. Acad. Typographi, 1695,



[The text in this section is extremely faint and illegible due to the high contrast of the scan. It appears to be a large block of text, possibly a list or a series of entries.]

B. C. D.
DISPUTATIONIS
DE
JURE GLADII,
sive
MERO IMPERIO.
PRÆLOQVIUM.

UT aliàs in rebus cognitione & usu dignissimis, ea παρονομίας duo vocabula Platonica junctim posita, δύσκολα τὰ καλὰ. Difficilia quæ pulchra, concurrere solent: ita etiam in jurisdictionis & Imperii materiâ, cum ea extra controversiam sit utilissima, simul etiam est difficillima. Nobile subinde juris civilis caput, & verè clavis universi dictum Zasio ad *L. 3. ff. de Jurisdic.* cujus cognitio ad intelligentiam magnæ partis juris Romani imprimis necessaria, innumeris ferè licet difficultatibus nimis interpretum licentia involutum sit; adeò ut multi etiam existimarint, nullum in toto jure tam salebrosam locum esse, quàm qui est de Jurisdictione & Imperio. *Coras. 3. Miscellan. 17.* Et sciunt omnes eruditi, qui in legendis Dd. commentariis aliquam impenderunt operam, quod nulla studii nostri pars contragiosior, nulla quocumque quæ magis somniis & deliciis Veterum deturpata sit, Feldm. *in tr. de Jur. in Re & ad Rom. c. 22. §. 18.* de quâ post Muretum Obrecht. *de Juri. c. 1. n. 3.* Et si in aliis juris partibus satis graviter peccarunt Pragmatici, tamen in hac omnem modum exceßerunt. Et ut in ceteris aliquid vidisse, hic planè cæci fuisse videantur. Attamen nullâ deterritus difficultate, quæ interdum vix corticem lambere sinet, sed motus utilitate magis, non omnem quidem Jurisdictionis materiam sed ultimum ejus sive membrum, sive, ut vulgò Dd. volunt, licet parùm accuratè vid. Feldmann. *d. l. §. 16. & 18.* Speciem, nimirum Jus Gladii s. Merum Imperium in præsentiarum considerandum, explanandum, placidè collationi submitendum duxi. Faxit supremum Numen. FELICITER!

A

THES. I.

THES. I.

NE verò illotis, ut ait Romanus ille *Actus* Cajus *in l. 1. ff. de Orig. Jur.* manibus tractationem hujus materiæ aggrediar, operæ pretium erit, in Rubrum Dissertationis inquirere & de verborum intellectu quædam præmittere, cum omnis disciplina & tractatio à verborum cognitione incipere soleat. Bald. ad *l. 10. C. de oper. libert.* nemòq; res probe intelligat, nisi qui prius verba enodaverit. Matth. Stephani *de Jdct. lib. 1. c. 1. n. 8.* Verba enim, ut Plato ait in *Cratilo*, sunt instrumenta, quibus res significantur: unde & Aristotel. *4. Metaphys. 10.* à significatione nominum incipere docet: nisi enim homines conveniunt in significatione nominum, non potest de rebus inter eos esse disputatio, Stephan. *d. l.*

II.

Quantum igitur Juris, quo de jam agimus, denominationem attinet, variis id denotatur appellationibus, quamvis & hic posteriora tempora à prioribus distinguenda sunt. Cum enim juxta Ciceronem *in Orat. pro Cæcinn.* Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum malefactorum causa reperta sint. Et verò judicia distrahendarum controversiarum uno, *Jurisdictio* nempe verbo veniant: Nullum tamen unum fuit verbum, quo potestas malefactorum coercendorum significabatur (præterquam quod interdum *Questiones* absque legatus pro judiciis malefactorum) sed vulgò *questiones* publicæ, vel *questiones* legum, leges publicorum judiciorum, judicia publica, exercitium iudicii publici, cognitio de criminibus. *l. 1. §. 1. ff. de Offic. ejus cui mand. est Jdct. l. 1. §. 2. ff. de Orig. Jur.* & similibus verbis describi videmus. Postea tamen & non multo ante Pauli & Ulpiani tempora, Jus Gladii & Merum Imperium dixerunt: Scip. Gentili *de Jdct. lib. 1. cap. 2.* Potestas Gladii & absolute Potestas. Moribus & vulgò nunc apud Interpretes, criminalis Jurisdictio: A nonnullis Jus Vitæ & necis: Superior seu alta Jurisdictio apud Saxones: Germanicè dicitur *die Star, Dahn / Ober, Bercht / Malefiz - Bercht / pehliche Dalf, Berichte*: Belgicè *de hoh Juridic, Dalf, Dets* ligete:

Hafst. Vinn. in tr. de Jurid. c. 1. n. 1. Besold. in Thes. Pr. verb.
Blut-Bahn / Doff-Bericht / Wehn. observ. pr. verb. Zent. &c.

III.

Jus GLADII dicitur in l. 6. §. 8. ff. de Offic. Præs. & Gladii potestas in l. 3. ff. de Jurid. l. 6. pr. ff. de Offic. Proc. & Leg. L. 70. ff. de Reg. Jur. l. 74. Codice Theodos. de Decur. Cum verò verbum Gladii ambiguum sit, & diversimodè accipi solet, modò propriè, modò allegoricè vel figurate: & insuper aliquando latius, aliquando strictius: Idè non tantum in Sacris sed & in Jure nostro, ambiguitas hæc plenius excutienda videtur. In Sacris enim usurpatur aliquando pro bello civili & domestico *Matth. X. 34.* Ibi: *Non veni mittere pacem sed gladium*: nonnunquam pro verbo DEI, quo solo resistere dicitur Sathanæ ut vis ejus extingvatur. *Ephes. VI.* aliquando pro dolore *Luc. II. 35.* Ibi: *Tuam ipsius animam pertran- sibat gladius*: Propriè & materialiter verò, pro ense fabrilis s. instru- mento ferreo incisivo, non uno in loco reperitur ut *Judith. Cap. XIII. 8.* *Marc. XIV. 47.* *Luc. XX. 38. 2.* *Reg. III.* Similiter in Jure nostro Gladius modò propriè accipitur, modò figuratè: & quidem hoc modo vel *generaliter* pro potestate exercendi criminale judi- cium & animadvertendi in vitam hominis l. 1. §. pen. ff. de Abi- geis l. si quis filio §. sed & ff. de injust. & irrit. testam. vel *specialiter* pro quacuncq; gravi coercitione, seu poenâ qua Rei capite pleci solent l. solent. 6. ff. de Offic. Proc. L. 74. *nemo potest.* ff. de Reg. Jur. l. 31. C. ad L. Jul. de adult. Nam L. Pompeja ad Jus Gladii vel Merum Imperium omni dubio procul pertinet, quæ tamen Reum gladio non punit. §. 4. *Inst. de Publ. Judic.* sic quoq; L. Cornelie de Falsis poena eo spectat, & in delinquentem non gladio animad- vertit, sed deportatione cum publicatione honorum l. 1. §. fin. ff. ad L. Cornel. de fals. vel *specialissime* pro poena speciali, quæ perficitur gladio, l. pen. C. qui accusari poss. Dn. Petr. Müller. ad l. 70. ff. de R. F. Similitè propriè & strictè pro ense fabrilis, seu pro instru- mento ferreo gladius accipitur, in l. 3. §. 1. ff. de poen. ubi securi & telo opponitur: Quò & pertinet sermo Caracallæ Imperatoris, quæ increpuit Papiniani percussorem, quod securi non gladio hunc percusserat: *Optima gladio te exequi jussim meum. non securi*

Spartian. *in Carac.* Qvalis verò hîc intelligatur gladius, Dd. int
 diversum abeunt ; alii propriè & materialiter, ut ajunt, accipiunt
 gladium, qvam sententiam inter alios probat Muscornius *in tr. de*
Jurisd. n. 41. Alii civilem, qvæ communior est Dd. sententia. vid.
 Besold. *consil. 3. cap. 1. n. 13. & 14.* Ego hanc potius probo,
 qvam illam sententiam : cœterum ferè perinde esse credo sive
 materialem intelligimus gladium seu ensem carnis incisivum, sive
 civilem punitivum delictorum, hoc est, qvovis extremum sup-
 plicium, graviozem delictorum coërcitionem, & utrumq; subsi-
 stere posse censeo, modò in priori significatione à principali &
 digniori fecisse denominationem (inde forsan qvov eo tempore
 gladii pœna usitatioz & humanior, unde olim Nobiles capite datnati,
 qui antea securi feriebantur, gladio percuti cœperunt. Bodin.
lib. 6. de Republ. c. 6.) Vel etiam, qvæ & ipsa non absurda opinio est,
 ut nemo non videt, inde, qvov gladius meri imperii solum
 summazq; esset potestatis signum ; gladius enim index est justitiæ &
 insigne superioris sive Regiæ potestatis, ad qvam significandam gla-
 dio cingebantur, qui eâ præditi erant, *Roman. XIII. 4.* Hillig. *in*
Donell. enucl. lib. 17. c. 8. lit. P. P. Gothofred. *ad C. 70. ff. de R. J.*
J. 1. Tabor. In Armament. Justin. in prosbeor. J. 10. & 12. & c. 3.
J. 1. 2. & 3.

IV.

Dicitur porrò hoc Gladii Jus vulgò à Dd. in LL. verò non nisi
 semel atqve iterum, IMPERIUM MERUM in *l. 3. ff. de Juri. l. 1. J. 1.*
ff. de Offic. ejus cui mand. est Jurisd. Scipio Gentil. *de Jurisd. lib. 9.*
c. 3. Est quidem Imperii simpliciter positi vocabulum polysemon
 & diversimodè accipitur, prout latius deduxerunt Pauermeister, *de*
Juri. lib. 1. c. 9. & 11. & jam ante hunc Matth. Stephan. *in tract. de*
ead. mater. lib. 2. c. 2. Quo Lectorem remitto, ne actum agam :
 Interim breviter tenendum qvov hoc loco accipiatur pro pote-
 state judicantis de crimine sive animadvertendi in facinorosos.
Merum verò unde dictum sit ; iterum inter Dd. non convenit,
 prout videre est ap. Joachi. Steph. *de Jurisd. Judaor. lib. 1. c. 2.*
n. 6. & seqq. ubi plures recenset opiniones : interim in eo conve-
 niunt, qvov ita dicatur ad oppositionem Imperii mixti, qvov
 etiam

etiam non merum dicitur in *L. fin. ff. de Offic. ej. cui mand. est J. dict.* sed in quo ratio oppositionis consistat, controversum est. Tres verò præcipue videntur sententiæ quæ & veritati proximè accedunt, uti loquitur Heidenr. *Disp. Inaug. Altorph. Anno 56. hab.* quorum licet Autores sese invicem oppugnent, concurrere tamen forsitan potuere, nec absurdum est, ut unius appellationis introducendæ aut conservandæ plures causæ sint: Primò dici Merum, quod Jurisdictioni civili non cohæreat, vel inserviat, adeoq; purum ab eâ consistat (arg. *l. 31. pr. ff. Depos. l. 22. §. 3. ff. Mandatis l. 82. prope med. ff. de cond. & demonstr. l. 5. ff. de Verb. Oblig. l. 27. ff. de donat.*) populoq; Romano reservatum, nec Magistratibus, nisi lege speciali aut etiam privatis communicatum & tributum sit. Stephan. *d. l. n. 8.* Deinde Merum dici, quod non solum à civili sed &, ut multi volunt, & infra videbimus, criminali Jurisdictione separata fuerit, quâsi illud solum non sufficeret nisi etiam hoc accedente Hillig. *in Donell. enucleat. 17. c. 8.* ubi tamen quomodo id fiat, non exprimit, quod autem facit Lampad. *de Republ. Rom. c. 15.* Deniq; Merum dici quasi summum *L. unic. ff. de Offic. Præf. Prætor.* Stephan. *d. l.* Prima universaliôr est & ad LL. directâ commodior: altera LL. non adversa, ut potius Meri Mixtiq; oppositionem firmet, modo distinctione adhibitâ rectè explicetur. Tertia cum prioribus concurrens conducit ad conservandam modernam appellationem, ubi hoc jus *das hohe Gericht / das Ober-Gericht* dicitur, & qui hæc jure præditi sunt, *Ober-Richter* appellantur. conf. Feldm. *de Jur. in Re & ad Rem. c. 22. ib. 110. seq.* Heidenr. *d. l. ib. 63.*

V.

POTIO & CRIMINALIS JURISDICTIO hodiè communiter dicitur, Feldm. *d. l. c. 23. ib. 28.* Licet id multis modis inter alios improbet Obrecht. *de Jact. c. 2. & 3.* ubi criminalem jurisdictionem à Jure Gladii s. Mero Imperio separat, illam in cognitione, hanc in executione consistere putat, ast perperam: Jus Gladii s. Merum Imperium enim duobus constat; cognitione de crimine facinorosi, itemq; animadversione in facinorosos: Utrumq; igitur sub meri imperii sive criminalis jurisdictionis appellatione continebitur. Interim satis exprimi hæc appellatione hujus juris nostri natura con-

ditio & effectus vix negari poterit. Num verò Juri Romano & LL. conveniens sit hæc appellatio? seu, num tam latè pateat vocis *Jurisdictionis* significatio, ut Jus Gladii sive Merum Imperium i. e. criminalium causarum decisionem complectatur? acriter à Dd. disputatur. Affirm. Wesenb. *in ff. h. t. n. 2.* Frantzken. *ad ff. h. t. n. 1. & 3.* Scip. Gentil. *de Jdct. lib. 1. c. 2.* Matth. Stephan. *de Jdct. lib. 1. c. 9. n. 4.* Jacob. Gorofredi *ad l. 70. ff. de Reg. Jur. &* multi alii. E contra negant Ludw. & Hahn. *ad Wesenb. d. l.* Bachov. *ad Treutk. 1. D. 2. th. 1. br. A.* Sutholt. & novissimè Feldmann. *d. tr. c. 28. n. 19. & seqq.* Sunt qui distinguunt inter auream, argenteam & ferream sive decrepitam Latini sermonis ætatem, ad hanc, si non plane ad barbarum seculum referunt Constitut. *de Pace constantia f. Vos Romanorum;* & divisionem Jurisdic. in civilem sive Bassam & criminalem sive altam, item Diploma Ludovici Pii apud Sigon. *de Regn. Italia lib. 4. p. 107. & 123.* Cœterum cum Jcti ex quorum Seriptis Pandectæ compilatæ sunt, vixerint in eâ ætate, ubi Jurisdictionem in usitatori sensu de causarum civilium cognitione acceperunt, in aprico est, quid hæc de re sentiendum. Alii distinguere maluerunt inter acceptionem vocis Jurisdictionis nativam & dativam, quæ est sententia Taboris *in Disp. Wesenb. Disp. 2. q. 21.* quæ novissimè probat Scrag. *in Introduct. ad ff. de Jdct. n. 11.*

¶

Deniq; Jus Gladii etiam Jus Vitæ & Necis à nonnullis dicitur, Vid. Joach. Steph. *Jdct. Judæor. c. 2. n. 43. & 53.* Scip. Gentil. *de Jdct. n. 3. c. 2.* Suthok. *in aur. disertat. de Jdct. aph. 99. & 382.* Tulden. *ad Cod. tit. Jdct. n. 2.* Feldm. *ad ff. ad l. 6. ff. de Off. Procoff. f. 6.* Licet enim facinorosis non semper vita naturalis adimatur, vel delinquentes pœnâ capitali plectantur, sed alia quædam graviore pœnâ, vel coërcitione puniantur, Jus Gladii tamen s. Merum Imperium exercetur. Vid. Besoldt. *supr. cit. Consil. 3. c. 1. n. 18. 19. & seqq.* Ut adeo Necis jus à potiori parte vel supremo Meri Imperii gradu rectè appelletur. Sed cur Jus Vitæ non ita constat: Non rectè idèd, quod Reis sive delinquentibus pœnam mortis remittere possit, qui hoc Jus Gladii sive Merum Imperium habet, utpote quod aperte factum est. Jus aggratiandi enim sive facultas Reis pœna-

pœnarum veniam indulgendi Regalibus & juribus Majestatis annumeratur, neminiq̄ competit, nisi qui Majestate proprię sic dicta vel analogica pollet. Cluten. in *Sylog. rer. quosid. sb. 8. lu. g.* Bodin. *lib. 1. de Rep. c. 10.* Mev. *ad Jus Lub. 4. lib. 15. art. 1. n. 5. & 10.* Carpozoy. *Pr. Crimin. q. 150. n. 8. 14. & seqq.* cumprimis Lauterbach. in *Vol. 4. Disput. Tubing. D. 9. de Jur. Aggrat. sb. 1. 2. 3. & 4.* Sed potius, ut videtur, a facultate absolvendı, Romı scilicet innocentem, hoc enim non minus est Juris Gladii & Meri Imperii quã nocentem condemnare & punire, idq̄ ita omnes Dd. sentire scribit Nicol. Bellonus *lib. 3. Supput. c. 17.* Innocentem dixi: confessum namq̄ve vel convictum non absolvere sed condemnare convenit, Clarus *lib. 3. Crim. f. fut. q. 65. & seq.* Scip. Gentil. *supr. cit. loc. libr. 3. c. 5.* Ceterum (quod obiter hic notandum) Judzi hanc summam vitę necisq̄ potestatem non Jus Gladii nec Merum Imperium, sed sceptrum occidendı & vivificandı vocarunt Joach. Steph. *cite loc. lib. 1. C. 7. n. 8.* Matth. Steph. *de Jdich. lib. 1. c. 7. n. 2.*

VII.

His præmissis, sequitur jam Definitio realls Juris Gladii & Meri Imperii. Definiverunt autem illud Interpretes diversimodę vid. Obrecht. *de Jurisd. c. 3. n. 18. c. 2. n. 4.* Quod sit notio criminalium causarum, nominatim certis personis lege concessa: Alii, quod sit jurisdictio in coërcitione posita, Govean. *ad L. 9. ff. de Jurisd.* Sed neutra sufficiens est per ea, quę eleganter & nervose deduxit Bacchov. *ad Troust. 1. D. 3. sb. 3. lit. C. & Sutholt. de Jdich. aph. 388.* Ab aliis definitur: Quod sit Imperium in jure dicendi de causis criminalibus & in condemnatos animadvertendo consistens: Novissimę Dri. Strykius in *Specimine Jur. Modern. ad 5. Libr. Pand. tit. de Jdich. sb. 6.* Potestas de criminibus quibuscumq̄ cognoscendi eaq̄ puniendi: Sed forsitan non deest, quod & his opponi posset; ideoq̄ non video causam sufficientem, cur non retinenda sit potius ea, quę Jci Ulpiani est & reperitur, in *L. 3. ff. de Jurisd.* Quod scilicet sit potestas animadvertendı in facinorosos homines: Et vix est, quod satis bona non sit: Constat siquidem genere proprio & adęquate (potestatis scilicet) & differentia specificaliter in ver-

in verbis animadvertendi in facinorosos homines : maximè cum ab aliis quoq; & non exiguè authoritatis JCeis probata sit, & inter alios à Matth. Stephani *de Jurisd. lib. 1. c. 6.* Scip. Gentil. *d. l. lib. 3. c. 3.* Zcel. *ff. b. 1. n. 14.* Sutholt. *cit. Dissert. apb. 392. & seqq. VIII.*

Potestatis verbum loco generis ponitur, rectius quàm *jurisdictione*, per ea quæ tradit Forster. *de Succ. ab Inestat. lib. 1. c. 17.* vel *Imperium*, quia substantia Juris Gladii sive Meri Imperii clarius & dilucidius demonstratur per verbum *potestas*, quo modo & maxime *in d. l. 3.* per eminentiam *potestas* dicitur. Cujac. *21. Obs. 12.* quia exercitium magis in oculos incurrit, quàm in Jurisdictione, & magis in Imperio mero, quàm in mixto. Vultej. *in Jur. Roman. lib. 1. c. 12.* Bocer. *class. 4. Dissp. 9. sb. 2.*

IX.

Verbum *Animadvertendi*, additur in definitione satis commodè : Nam licet multis in locis ad executionem referatur, *l. 8. §. 1. ff. de pœn. l. 11. ff. de Offic. Procoff.* tamen aliquando solam cognitionem denotat, *arg. l. 6. pr. ff. de Offic. Procoff. 6. unic. C. sod.* aliquando cognitionem & condemnationem simul, quod apertum evadit, ex *l. 15. §. quod ait 28. ff. de injur. l. 1. §. 1. & l. 3. §. 9. ff. de Minor.* Et si vel textus citatos aliter explicari debere quis contendere vellet, id tamen certum manet, quod animadversio sive punitio, sententiam tamen & hæc (sententia scil.) causæ cognitionem necessario, sive includat, sive supponat. Potissima enim Juris Gladii sive Meri Imperii vis & *ἐνεργεια* consistit non in executione, sed in jure pœnam delinquentibus, prævia causæ cognitione legitimoq; habito processu, præstituendi & inferendi. Thom. Michaël. *de Jurisditt. post. 75.* Imo animadversionis ideò hîc fit mentio, quia in criminalibus principaliter & directò veniat executio, ita tamen ut non sit à cognitione sejuncta : quod secus est in civilibus, ubi executio modo per accidens venit, & aliquando supervacua est, si scil. Prætoris jussui pareatur, Sutholt. *d. l. apb. 389. & 394.*

X.

Facinorosi vocabulo in hac definitione usus est Ulpianus, quia in gra-

id gravitate superat omnia alia : plus enim est facinorosus quam maleficus , & quia generale est , omnia complectens delictorum genera , quæ Legibus muniuntur. Scip. Gentil. *libr. 3. de Jdici. c. 4. Hominum* autem idèd fit mentio , quia hi *proprium , adequatum & principale* objectum Juris Gladii sive Meri Imperii constituunt. Sutholt. *d. l. aph. 395.* Quamvis enim illud in cadavera , brutaq; animalia , imò in res inanimatas quoq; aliquando extendatur : Id tamen rarò fit & alio fine , ut infra in subject. pass. videbimus , idèd etiam definitioni inclusa haud sunt. arg. *L. 4. & seqq. ff. de LL.* Scip. Gentilis *d. l.*

XI.

Definitionem excipit Divisio : Sed cum , ut mihi videtur , Jus Gladii s. Merum Imperium unum sit , suis utut constat partibus , vix alia datur hujus Juris Gladii sive Meri Imperii divisio , quam quæ ab objecto vel pœnis seu pœnarum gradibus (de pœnarum gradibus dico , non pœnarum generibus sive modis coercendi , hi enim infiniti fere sunt , illi verò certi & definiti , *L. 28. ff. de pœn.* Hahn. *ad Wesenb. de Jdici. n. 6. p. m. 159.*) desumitur , ut contra Zafium docet Obrecht. *d. l. c. 7. ib. 40.* de quibus infra in causa finali plura videre licet : Dividitur itaq; in summum & non summum : *Summum* nihil aliud est quam quod capitalem pœnam irrogat : *Non summum* quod non capitalem pœnam infert , verum leviores. Forster. *in jur. civ. histor. lib. 2. c. 86. n. 20.* Deinde dividi potest in plenum & minus plenum. *Illud* est , quod continet potestatem de omnibus delictis , & quasvis pœnas irrogandi : *Hoc* verò quod ad certa delicta & certas pœnas est restrictum , Bachov. *ad prot. tit. de Jdici. sub rubr. de Mer. Imper. n. 6.* Sutholt. *cit. loc. aph. 390.* Struv. *Exerc. ff. 4. ib. 78.* & Schwendendorff. *ad Ekbold. in comp. ff. §. 10. de Jurisd.* Idque non tantum olim apud Romanos obtinebat , sed & hodie non uno in loco reperitur. Non enim necesse est , ut unus jus de omnibus criminibus cognoscendi , & quasvis pœnas irrogandi habeat. Bacchov. *d. l.* Sic Præfectus vigilum cognoscere de criminibus potuit , feryos , fures punivit , non tamen plenè coercendi jus habuit. *L. 3. §. 1. ff. de Offic. Præf. Vigil. L. pen. ff. de conduct. caus. dat.* Sutholt. *d. l. aph. 390.*

B

Prætes

Præses Provinciæ Jus Gladii habuit l. 6. §. 8. ff. de Offic. Præsidi. Deportandi tamen in insulam jus ei datum non est. L. 6. §. 1. ff. de interd. & releg. L. 1. §. 3. ff. de Legat. 3. vid. Strauch. *Diesere. Jur. Unvers.* 20. th. 9. & ibid. Thomafius in not. *Frantzken. ad tit. de Offic. Præsidi. n. 4.* ubi in hujus rei rationem inquiritur. Et hodie, licet non multis in locis juxta Befold. in *consil. 3. c. 1. n. 1.* hoc reperitur, ut divisum quasi sit merum Imperium. Sic Colonienfes in criminibus apprehensionem quidem habent, incarcerationem, inquisitionem & torturam: sententiam tamen ferre non possunt & multo minus exequi, ut potius delinquens sive capitis reus Archiepiscopo Electori tradatur, qui cum per Præfectum *Blut-Richter* judicat & executionem mandat. Sic Civitati Spirensi quoque ante deplorandam à Gallis desolationem in Camerales executio, Camera vero Merum Imperium quod in cognitione, processu & condemnatione versabatur, competeat. Denaisius in *Disput. de Mer. Imper.* & hujus Adsertione de *Judic. Camer. Imper.* confer. Matth. Stephan. de *Judic. lib. 1. c. 3. n. 65.* Simile quid inter utrumque Senatam Academicæ & Urbis Rostochii ex mutuo pacto obtinere, ex Formula Concordiæ inter Duces Megapolenses & Urbem Rostoch. super Academia 1563. inita. §. sum vierdten. refert Bajer. ad *Snobel. Diss. ff. 2. th. 3.* Idque non uno in loco obtinere Dn. Stryk. in *supr. cit. Specim. Jur. Mod. ad tit. de Juri. §. 10.* ex multis Actis ad Ampliff. Facult. Jurid. Viadrin. se compertum habere scribit. Ubi elegantem questionem subjungit, Anne judici executionis nonnunquam acta inquisitionis sint communicanda, an vero ob solam sententiæ communicationem, Reo ultimum infligere supplicium teneatur? Et R. ibidem, h. m. si sententia ex consilio JCorum lata sit & Reus sive inquisitus non adducat nova defensionis argumenta, judex executionis exequi sententiam teneatur, si vero aliter se res habeat, remittendum esse reum ad judicem criminalem vel ad minimum ipsi sunt acta communicanda, ne innocens rapiatur ad supplicium & contra conscientiam quid facere teneatur. Sed ego regulariter judici executionis non competere cognitionem puto.

XII.

Post expositionem generalem eorum quæ ad *Juris Gladii* naturam

tam siue essentiam spectant, sequuntur jam Causa. Et quidem Juris Gladii s. Meri Imperii Causa *Impulsiva* vix alia esse potest quam Necessitas & Utilitas; Interest enim Reipublicæ, ne delicta maneant impunita *L. 13. ff. de Offic. Præsid. L. 51. in fin. ff. ad L. Aquil. L. 14. C. de accusat.* Causa *Efficiens Remota* DEUS est, qui omnis potestatis fons est. *Rom. XIII.* & omnem Imperiū vim constituere dicitur *in Nov. 83. c. 6.* Hinc & potestas hæc penè divina plerisque populis visa fuit, & non hominum sed Deorum esse existimant. Vincent. Cabot. *variar. jur. dist. 2. Diss. c. 5.* Joach. Stephan. *de Juriel. lib. 1. c. 6. § 7. & lib. 2. c. 2. § 3.* Causa *Proxima* est summa in Republ. potestas, quæ id vel Lege, vel Scto, vel Constitutione specialiter concedit, *L. 1. ff. de Offic. ejus cui mand. Juriel.* non *Magistratus*, utpote cui tribuitur saltem ex speciali Legis vel Principis concessione, adeoque non proprio sed adventitio jure id exercere potest, idque ob rei gravitatem, in quâ pœnitentiæ locus non est, & quod in hoc agatur de summa omnium re, de capite, vita, libertate, civitate atque de tota hominis fortuna, ut mirum non sit quod sibi suprema potestas hoc jus reservaverit, neminique hujus exercitium permiserit, quam cui vel Lex, vel Sctum, vel Principis Constitutio hoc indulsit qui & publici viceque populi vel Principis exercitationem tum habere dicebatur. Feldm. *in Comm. ff. ad l. 8. ff. de Offic. Procons. lb. 5.* Sic primis quidem temporibus in Rep. Rom. ipsi Reges Jus hoc Gladii exercuerunt. Struv. *exerc. ff. 4. lb. 75.* & Sutholt. *d. l. apb. 382.* His post exactis Jus & Imperium hoc summum penes Consules fuit, usque dum Valerius Publicola, latæ Lege, ne quis injussu populi in caput civis Romani animadverteret, iis hanc potestatem abrogavit. *L. 2. §. 16. ff. de Orig. Jur. Flor. 1. c. 9.* Halicarn. *lib. 5. c. 19.* Liv. *2. c. 8.* Exinde populus stante adhuc Republ. quotiens usus & necessitas postulavit, hanc potestatem, cui visum fuit, demandavit, *cit. L. 2. §. 23. ff. de Orig. Jur.* Delata verò rerum summa ad Imperatores: ut aliarum rerum omnium arbitrium sic & Jus Gladii ad solum Principem, tanquam legitimum populi Successorem translatum est, & hic solus quibuscumque voluit, specialiter concessit, non modo *Magistratibus*, sed etiam *Privatis*; à legē enim siue Principe non à jurē Magistratus dependet. *cit. L. 1.*

de Offic. ejus cui mand. Sutholt. & Struv. ad. ll. *Causa Propinqua* itaq; erat Voluntas primò Populi postea Principis, qui, ut jamjam dictum, prout crimen aliquod incidebat, de eo ipse cognoscebat vel ejus cognitionem, cui placebat, mandabat seu committebat. Postquam autem tam in urbe, quam in provinciis hoc Jus Gladii seu Merum Imperium certis Magistratibus perpetuo & quasi ordinario jure concessum, adeoque quæstiones perpetuæ factæ sunt. Vid. Vinn. de Jurisd. c. 2. n. 1. 4. 5. & seq. Bachov. ad prot. p. 370. n. 13. Sutholt. d. 4. aph. 383. seq. Duplex causa propinqua constitui potest, altera *instrumentalis*, quæ sit Magistratus ejusmodi creatio: altera *principalis*, voluntas summæ potestatis, Lege vel simili juris constitutione declarata. d. l. 1. ff. de Offic. ejus & c. l. 6. ff. de Offic. Procoss. Quam utramq; causam confundere videntur, qui hodie Merum Imperium sive Jus Gladii proprio sive Magistratus jure competere tradiderunt, nec non modernis Territoriorum Dominis jure Magistratus Jus Gladii competere contendunt: cum tamen hi Magistratus non sunt, sed quasi Imperatores in suis terris & tantum, imò in nonnullis plus in suis territoriis quam Imperator in Imperio possunt. Vid. Sutholt. d. l. aph. 403. cum 3. seqq. Quantum interim huic axiomati tribuendum & quomodo intelligendum, sit videre est apud Reinking. de Reg. Secul. & Eccl. lib. 1. et. 5. cap. 5. n. 57. Dn. Eyben. in singular. disert. de illo problem. Dominum territorii tantum posse in suo territorio &c. conf. Richter. Decis. 4. n. 16. & Decis. 15. n. 14. consequenter. Hi jure potius superioritatis perpetuo proprio, & ordinario hoc Gladii Jus & regalia juracq; Majestatis possident, adeoq; eo vel simili jure, quo supra summam potestatem hujus juris causam proximam dixi, utuntur.

XIII.

Subiectum Activum sunt, quibus Jus Gladii seu Merum Imperium specialiter concessum est, quod non tantum Magistratus erant, sed & Privati, quorum industria & fides perspecta erat (qui tamen propterea Magistratus non fiebant, ut rectè docet Cujac. 5. Obs. 39. & 21. Obs. 30. Scip. Gentil. de Jd. 3. c. 19. & eleganter deduxit Bacchov. in prot. tit. de Jd. sub rubr. de Mero Imperio n. 14. A lege enim sive Principe, non à jure vel officio Magistratus, Jus Gladii dependen-

dependebat *L. 1. ff. de Offic. ejus cui mand.*) Imò vero est similis, Principem potius in privatum quam Magistratum inclinasse, utpote cujus potentiam tanquam libertati inimicam suspectam habuit, ut in *Republ. libera*, quæstores Parricidii erant *L. 2. §. 23. ff. de O. J. & ibid. Coccejus: Sub Principibus, Præfectus urbi L. 1. ff. de Offic. Præf. Urb. Præfecti prætorio, Præsides, Pro-Consules &c. L. 1. §. 4. ff. de Legat. 3. L. 6. §. ult. ff. de Offic. Præsidi. L. un. C. de Offic. Præs. Prætor. &c. Scip. Gentil. d. l. c. 20.* Et quando etiam Magistratus hoc Jus Gladii exercebant, non ideò hoc faciebant, quia Magistratus erant, sed quia Princeps vel Lex nominatim hoc ipsis concessit. Cæterum an hæc concessione is, cui concessio facta est, Jus Gladii & Merum Imperium ipsum *formaliter* & ut proprium, an verò nudum modò ejus exercitium obtinuerit? nobilissima & ante quadringentos & plures annos Bononiæ inter Azonem & Lotharium, insignes tunc temporis Jctos ventilata quæstio est: Lotharius Principis remanere, nihilq; concessione quam nudum ejus juris exercitium transire in eum, cui concessum est, dixit. Azo contra, eum, cui concessio facta, illud ut proprium obtinere contendebat, non quidem jure Magistratus sed vi specialis concessionis: Et cum Imperator Henricus Lotharii sententiam approbaverit, adeoque equum ex sponcione appositum huic adjudicaverit: Proverbium hoc inde emanavit: *Lotharius iniquum dixit & equum habuit; Azo equum dixit & equum perdidit.* Jam inter Veteres non modò sed & modernos reperiuntur, qui Lotharii opinionem probant: Nec desunt qui Azonis causam defendunt. Et utut negari non possit, quin diversimodè concessio ab eo, qui supremâ pollet potestate, i. e. Majestate tam propria, quam analogica, fieri queat, vel ut tanquam *jure proprio* Jus Gladii s. Merum Imperium quis habeat, aliisque illud mandare possit: Vel ut *nudum exercitium* ejus juris alicui, sine potestate alteri ea mandandi: maxime cum hodie merum imperium jure patrimonii sæpius conceditur, ita ut etiam in bonis ejus reputetur aliisque illud vendere & heredibus relinquere possit: Imò jurisdictio criminalis in feudum data patrimonialis sit, ut eleganter hac de re loquitur Vinn. *d. l. c. 4. n. fin.* Nullum tamen penes me est dubium, quin de Jure Civili Lotharii sententia sit verissima per ea, quæ habet

Alciat. 2. *paradox.* 7. it. Schnobel. in *Disp.* ff. 2. & *ibid.* Beier. in
not. Suelb. d. l. *aph.* 402. Vinn. d. l. Azonis verò opinio de suo
tempore & cum post Carol. Magn. forma f. Species Reip. Romanæ
jam mutata fuit, citra considerationem Veteris Juris Romani dubio
procul intelligenda, prout quoque verisimile non est, Azonem, quæ
translato ad Germanos Imperio circa Annum 1200. & cum jam
fermè 400. annis jura territorialia Principibus Germaniæ usurpata
fuisſent, vixit, de jure obsoleto respondiſſe. Sutholt. d. l. Ex hoc
spontè jam fluit decifio quæſtionis, num hoc Jus Gladii mandari
poſſit? Et de jure Civili indiftinctè hoc negandum, vulgò Dd. &
rectè cenſent, cum quod olim SCto; Lege vel ſimili cauſa Jus Gladii
mandaretur. Et verò perpetuà Juris regula eſt, quod quæcunque
Lege, SCto vel Conſtitutione Principis ſpecialitèr conſeſſa ſunt, man-
dari non poſſint. *L. 1. ff. de Offic. ej. cui mand. Jdiſt.* Nec obſtat
li. 6. pr. ff. de offic. Proceſſ. ut pote quæ de ſola cuſtodiarum i. e. reo-
rum, qui in vinculis & cuſtodiis continentur cognitione i. e. nuda
ſummariæ præauditione & nuda noſtione, quæ hodiè vulgò infor-
matio dicitur, loquitur, quæ jure ſingulari conſeſſa & in exemplum f.
conſequentiam trahi non debeat. Vid. Feldmann. in *Comm. ff. ad
vir. cit. l. 6. ff. de Offic. Proceſſ.* tùm quod extra caſum neceſſitatis
illud delegari ſive mandari non potuit. *d. l. 1.* Exceptio autem fir-
mat regulam in caſibus non exceptis Ludwell. & Hahn. ad *Wesenb.
in. de Offic. ej. n. 3.* quod & de jure Civili ne quidem ad caſum *infra-*
mitatis extendendum, per ea, quæ habet Mœſtert. mox citand. loco,
quod tamen *de jure Novioſ. ſeu Conſtit. Crim. Caroli V. art. 2. ibi. Auß
Schwachheit des Leibes* / ſecus ſe habet. Diſſent. Vinn. aliàs *de Jdiſt.
c. 3. n. 2.* Num idem obtineat de Jure Canonico & moribus noſtris?
inter Dd. non convenit. De jure Canonico Jus Gladii mandari
poſſe ſtatuit & ſtrenuè defendit Mœſtert. *de juſtu. LL. Roman. lib. 1.
Dnb. 29.* & ante hunc Paulus Buſius *ad l. 1. ff. de Offic. ejus Sc.* Sed
rectius negatur, cum nullus textus Juris Canonici adduci poteſt, ex
quo hoc aperte probatur, & inſuper non facile inter Jus Civile &
Canonicum differentia admittenda. Vid. Vinn. *d. l. c. 3. n. 4. & 5.
Zoëſ. ad ff. iii. de Jdiſt. n. 57. & ſeq.* & Gentil. *lib. 3. c. 29.* Fachin.
9. contro. 99. ubi ad contrar. reſpondetur. Quod mores atti-
net,

net, nec hodierna consuetudine mandari posse hoc Jus Gladii seu Merum Imperium vulgo Dd. censent. Vid. Strauch. *disfert. jur. Univ.* 20. th. 9. Struv. *exerc. 4. Synag.* th. 87. cum *ibid.* cu. idēq non tantum ideo quod nullibi hoc mutatum, quod autem expresse mutatum non est, cur stare prohibeatur. l. 27. G. de *testam.* § l. 29. G. de *appellat.* Sed & quia ne hodie quidem Jus Gladii s. Merum Imperium, extracalum, quo jure patrimonii vel in feudum concessum est, jure Magistratus competat Magistratibus: Non Sublimioribus, ut erronee à Dd. vocantur Principes. vid. Sutholt. *cit. l. aph.* 405. nec Inferioribus, quia sic omnibus competeret, quod oppido falsum est, cum multi sunt, qui modo jurisdictionem & mixtum imperium habent. Post Hahn. Petr. Muller. *ad l. 70. ff. de Reg. Jur. not. 3.* Nec adversatur, quod, qui Magistratus illud habent, ipsa facta electione habeant seu nascantur, quod inde transit de uno in alium & successores; Nam non inspicienda hic est electio Magistratus, sed constitutio prædicti juris, quæ ab initio specialis fuit, ut non opus sit in quolibet successore repetere. Vid. Hahn. *ad Wesenb. tit. de Offic. ej. Ec. n. 3. § 4. p. 148. § seq. 149.* ubi & aliam adducit rationem, quod scilicet per Const. Crim. Car. V. casus *absentia & infirmitatis* frustra exceptus esset, si indistincte Jure Novissimo mandari posset, confer. Scip. Gentil. *d. l. lib. 3. c. 20. in fine.* Frantz. *ad ff. de Jact. n. 58. § 59.* Sand. *ad l. 70. ff. de R. Jo. & Bachov. ad Treul. 1. D. 3. § 4. lit. D. Dissent. alias Wesenb. d. l. Zoëf. de Jact. n. 28. seq. Gudelint. de Jur. Noviss. lib. 3. c. 13.*

XIX.

De Secularibus Magistratibus constat, quod his competere, iisq̄ suprema potestas Jus Gladii s. Merum Imperium concedere possit. Sed num idem obtineat in Ecclesiasticis, & num penes Ecclesiam esse queat? non ita liquidum est; vulgò à Dd. id affirmatur, Zoëf. verò in *comment. ad ff. ut. de Jact. n. 58. § seq.* negativam strenuè defendit & rationes adduxit, quæ quidem speciem aliquam habere, tamen tamen mihi non videntur, ut à communi sententia ea propter recedendum sit; cum enim Jus Gladii circa causas criminales versatur & de his Ecclesia s. Ecclesiastici Magistratus, ut ipse Zoësius fatetur, judicare possunt, hoc jus illis compe-

tere

tere potest : Nec aduersatur , quod gladium Spiritualem modò habeant, non occidere nec pœnam sanguinis imponere possint, cum, ut supra jam ostensum est, non omnis, qui Jus Gladii siue Merum Imperium habet, quasvis irrogandi pœnas facultatem habeat, sufficit itaque, alia ut, quã in delinquentes animadueritur, delicto conueniens pœna imponatur. Vid. *Disp. de Mer. Imper. Jenæ Anno 79. Præl. D. Frisen. habita ib. 6. & 7.*

XV.

De Magistratu Academico vix dubium esse potest, quin Jus Gladii s. Merum Imperium ipsi competere queat, (utut territorium non habeat, utpote, quod etiam non ad id requiritur) cum à quamplurimis Academiis quotidiè id exerceri in propatulo est, & de Ingolstadtensi, Tübingensi, Lipsiensi, hâc nostra Gryphiswaldensi & aliis tam in Germania, quam extra eam id testantur Dd. Scip. Gentil. *de Jdicit. 3. c. 17.* Matth. Steph. *3. c. 12.* Arumæ. *discurs. jur. Publ. 33.* & novissime de Universitate Teutoburgensi Feldmann. *ad Libr. 2. ff. tit. de Offic. Procoss. n. 10.* ubi omnes gradus Meri Imperii Universitatem literariam Teutoburgensem habere dicit. Sed an hoc Jus Gladii s. Merum Imperium Academiis ex Constitutione Friderici ex *Authent. Habita C. ne filius pro Patre*, competat? altioris indaginis quæstio est : Et tot ferè sunt Dd. qui negant quam qui affirmant, & rationes pro & contra non tam congeruntur, quam cumulantur, prout videre est ap. Matth. Steph. *c. l. Wurmsfer. exerc. 1. q. 10.* & cumprimis Heltic. Ulric. Hunnium *in singulari Comment. ad cit. auth. habita. c. 2. q. 1.* Affirmativam ut rationibus pragnantioribus suffultam mihi defendere placet : Nec, ut hoc obiter adducam, alicuj9 momenti est, quod ab adversa parte inter alia quam maximè urgetur : Si vigore Authentice Jus Gladii siue Merum Imperium Academiis competeret, penes omnes Academiis esset; sed hoc aperte falsum, ut res ipsa docet. B. Respondeo: Nonnullæ Academiæ beneficio hujus Auth. renuntiarunt, uti de Academiâ Bononiensi testatur Scip. Gentil. *3. de Jdicit. c. 17.* In aliis, à Patronis, vel qui privilegia concesserunt in initio hoc jus restrictum & ademptum reperitur, uti de Gröningianâ testatur Feldmann. *supr. cit. loc. §. 10.* & deniq; certum est quod asserti Snobel. *exerc. ff. 2. ib. 6.* quod quædam

quædam Academiæ Jure Gladii plenius, aliæ minus plenè utantur. Confer. Cothmann. in *Respons. Academ.* 1. n. 110. & Befold. de *Jur. Academ.* c. 6. n. 3.

XVI.

Nihil hic addo, quàm quod, quando hodie suprema in Republ. potestas per infeudationem, vel Dominus territorialis Nobilibus suis vel Civitatibus sibi subiectis etiam municipalibus Jus Gladii sive Merum Imperium per subinfeudationem vel alium modum lucrativum, vel onerosum, jure patrimonii, ex peculiari gratia concesserit (quod facere hodie potis est, quia Jus Gladii jure proprio Dominij & ad heredes transitorio, maxime jure feudi possidet, quod porrò per subinfeudationem communicari potest & patrimonio adjici Dn. Schilter. ad ff. *Exerc.* 6. sb. 8.) non *communicativè*, sed *privativè* (si non potius cum Dn. Schilter. *cit. loc. sb. 1. mavelis subordinate*) concessum habeatur. Quod secus est in Præfectis Principum ac Statuum Imperii, utpote qui in causis criminalibus minus potestatis habent quàm Magistratus Romani, cum in his toti à jussu Domini sui dependeant & duntaxat Processus Directores & sententiæ ad nutum Principis Executores esse appareant. *Privativè* verò quando dixi, intelligo hoc, salvo & reservato jure superioritatis. *Peregrin. de jur. fisci lib. 1. tit. 3. n. 33. & consil. 1. n. 41. Welsenb. consil. 95. n. 59. Mynsing. 6. Obs. 99.* Nam ob protractam vel denegatam justitiam, aut nota suspecti quæstione, vel alio gravamine & argumento jurisdictionis relabatur ad Dominum superiorem. Knichen. *de vestitur. part. p. 2. c. 1. n. 24.* conferatur Dn. Schilter. *supr. cit. Exerc. ff. 6. sb. 11. pag. m. 15.*

XVII.

Deinde, quod Jus Gladii seu Merum Imperium concedatur vel *expresse*, per privilegium &c. vel *tacite*, & hoc modo, vel quasi per consequentiã, concessio castro vel alio loco, modo in hæsit hæcenus castro universalis jurisdictionis vel Jus Gladii sive Merum Imperium, ut plerumq; solet. Schilter. *d. l.* vel per *prescriptionem*: ut ut enim jure civili prescriptione acquiri non potuerit Jus Gladii s. Merum Imperium, ut quod nemini competebat, nisi cui Lege, Scto vel Principis constitutione specialiter tributum est. *l. 1. ff. de Offic. ej Sc. & magis publi-*

publicam quàm privatam causam respiciat. *arg. l. 6. in fin. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Vid. Sutholt. *d. l. aph. 419.* Obrecht. *de Jact. r. 4. n. 17. 19. & seq.* Moribus tamen, ubi Jurisdictio & Imperium patrimonialia facta sunt, rei feudali regulariter inhzrent & cum illa transeunt, præscriptione acquiri possunt, modo adsit habitas personæ. Vid. Bachov. *ad Tract. r. D. 3. tit. 79* & si contra Principem fiat, concurrat tempus, cujus initii non extat memoria. Mynsinger. *const. 17.* Fachina. *8. comm. 29.* Matth. Stephan. *de Jact. lib. 1. c. 38. n. 33. & seqq. 36.* Bocer. *de Jact. c. 8. n. 99. seqq. 106.* Contra privatos longa temporis præscriptio sufficit, si cum territorio præscribatur, sola autem & sine territorio 30. vel 40. ann. ut in aliis juribus incorporabilibus *l. 3. & 4. C. eod. confer. Sutholt. de Jact. aph. 410.* Matth. Steph. & Bocer. *de ill.*

XVIII.

SUBJECTUM PASSIVUM proprium & adequatum sunt homines facinorosi superstites. Sutholt. *d. l. aph. 399.* sive singulares sive personæ, sive universitas seu communitas. *l. metum. §. 1. ff. quod met. caus.* Ut enim Universitas delinquere potest, ita quocq. puniri debet, ne delicta maneant impunita, si in vulneribus *§. ff. ad L. Apollis & in eam, comprimis* ob crimen Rebellionis, animadvertitur diruendo, & aratro subvertendo, damnata ejus memoria *l. 21. ff. quib. mod. usufr. am.* Confer: Schœnborn. *1. Polit. 13.* Gail. *de P. P. c. 9. n. 9.* Mynsinger. *4. Obs. 78.* Glaz. *5. fement. §. fin. qu. 16.* Regulariter autem non nisi in viventes & ipsos facinorosos superstites Jus Gladii s. Merum Imperium exerceri solet; Mors enim omnia solvit *l. 1. C. si rem vel accus. mort.* Sebast. Medic. *in trad. Mors omnia solvit p. 2. per tot.* Aliquando tamen non modò ad cadavera punitorum (mortuus enim homo propriè homo non est *l. hoc legatum. ff. de legat. 3.* & cum deficiat anima, quæ ei dat esse, homo esse definit *l. Mosos 3. §. 1. 2.*) & ad mortuos, imò & ad bruta & alias res inanimatas extenditur Jus Gladii sive Merum Imperium, & obiectum inadequatum constituunt. Hinc punitorum non auctorum (punitorum non damnatorum dico, damnatio enim antecedit executionem & non sequitur) comprimis suspensorum & rotæ contusorum cadavera sæpius non sepeliuntur, nisi peticum & impetratum sit. *l. 1. ff. de cadav.*

cadav. punit. Carpzov. pr. Cr. q. 137. n. 70. Et si quis in insulam deportatus fuerit, poena etiam post mortem manet, nec licet eum inde transferre, & sepelire inconfuto Principe. l. 2. C. cod. l. 3. §. 4. ff. de sepulch. viol. l. 8. ff. de relig. & sumpt. fun. Sic quoque Reus postulatus & in crimine deprehensus (in quod capitalis poena constituta est) metu criminis imminentis quasi confessus, mortem sibi conscivit. l. 3. ff. de bon. eor. qui ant. sent. Coeterum si quis neque accusatus, neque deprehensus, multo minus punitus, post scelus commissum è vivis excefferit, regulariter morte crimen extingvitur. l. 3. §. 6. ff. de publ. delict. l. 3. C. si rem vel accusat. mort. fuer. Regulariter dixi, nam casus, qui morte non extingvuntur, collegit Sebast. Medic. supr. in. tract. part. 3. Excipitur cum primis. 1. Crimen Perduellionis, ob quod etiam post mortem inquirunt, in cadaver Jus Gladii exercetur & memoria delinquentis damnatur. l. fin. ff. l. 5. §. 6. 7. 8. C. ad L. Jul. Maj. l. 24. ff. de poen. 2. Crimen Hæreseos cujus ratione etiam post mortem inquiri, & cadavera Reorum effodi, eaq, quam vivi pati deberent, affici poenâ solent. l. 4. §. 4. C. de hæres. & Manich. quod tamen de insignioribus & pestilentissimis hæreticis modò intelligendum, quales sunt Manichæi, qui negant SS. Trinitatem & rejiciunt Verus Testamentum, Feldmann. de Jur. in Re & ad Rem. c. 30. n. 107. Quod ante sesqui fere seculum famosissimus ille Belgicus Hæreticus David Georgii etiam post mortem est expertus, vel potius cadaveri ejus à Senatu Basileensi configit. Cum enim hic Impostor Anno post C. N. 1544. Basiliam venerit, atque, ut jus civitatis sibi suisque concederetur, rogaverit, Johannem de Brugg. se nominans, cum suis ibidem receptus atque in Anno 1656. mortuus est. Famâ verò postea existente defunctum Johannem Bruggensem fuisse Davidem Georgii, malitiosæ Sectæ Georgitarum nomen atque initium, Belgio plurimas dedisse turbas, quæ simul ipsam matrem fictitii hujus Messia una cum ingenti numero interemissent. 13. Maji, Anno 1559. publicè falsi atque hæreseos accusatus, condemnatus, effossus & una cum effigie scriptisq, suis ante portam, quæ à lapidibus nomen habet, combustus est, uti apparet ex Scripto ab Academiâ Basileensi jussu Senatus ibidem per Hieron. Curionem publicato. Vid. Disp. Dn. D. Bajerii Anno 1659. Jene habita

de cadaver. punitor. c. fin. th. 20. 3. Crimen repetundarum l. 20. ff. de accusat. Quod & ad alia nonnulla atrociora delicta in Praxi extendi solet. Vid. Gomez. 3. var. resol. 1. n. 79. 80. & multis seq. Jul. Clar. l. 5. §. fin. q. 51. n. 15. & Farenac. in pr. Crim. var. qq. 10. n. 77. Nec ridiculum est, in corpus exanime, quod sensu caret, Jus Gladii exercere, cum pœnz modò ad emendationem delinquentium irrogari soleant. Respondeo enim, & ad terrorem aliorum delinquentes puniri, quatenus exemplo utile est. l. 16. §. fin. l. 28. §. pen. ff. de pœn. Pœnarum enim duplex finis est. 1. emendatio delinquentis. 2. exemplum & memoria punitionis, quo & pertinet illud Ciceronis lib. 1. de Offic. Pœnis utimur contra delinquentes, ne quid posthac committant ipsi: ceteri vero sint ad delinquendum tardiores. Hahn. ad Wesenb. ad tit. de cadaver. punitor. Dissentit aliàs Grot. d. J. B. et P. 2. c. 19. §. 4. Cui respondet Ziegler. ad eundem loc. p. m. 421.

XIX.

Nascitur sub manus una vel altera non inelegans quæstio, nec indigna discussione. An videlicet cadavera punitorum Medicis ad Anatomiam sint concedenda? Et num hoc cuivis judici vel inferiori Magistratui, cui Jus Gladii s. merum imper. competit, permissum sit? Et quod primam atinet quæstionem, cum communi Dd. Schola eam affirmare non dubito, cum, quod hoc faciat ad perfectiorem artis Medicæ cognitionem, quam habere magni interest Reipubl. tum quod ea, quæ publici boni & utilitatis sunt, et si in alterius injuriam & contumeliam vergere videantur, culpanda non sint, neque injuriarum teneantur Magistrat. corpora punitorum petentibus concedentes. l. 33. ff. de jurejur. Quibus accedit, quod cum nullus honos debeatur illorum cadaveribus, qui antequam necarentur, servi pœnz erant & corpora eorum insepulta abjici vel in furcâ relinqui poterant. l. 28. §. famosus. ff. de pœn. nihil etiam referre quid de iis fiat, quidni ergo ad Anatomiam usurpari, cum insuper horum *σκέλετα* ad multa conducunt, prout hoc eleganter deduxit. Speckhahn. *com. 10. qq. jur. 8. conf. Berens Diss. ad Instit. 13. coroll. 3. Lymnæ. Jur. Publ. rom. 3. lib. 8. c. 4. n. 3. Carpzov. pr. crim. q. 137. n. 74. Interim mihi persuasum habeo, certumq; credo, hoc non aliter fieri debere, quam habita ratione puniti cognationis, familiæ & dignitatis quod & velle*

& velle videntur Petr. Theodor. *in Colleg. Crim. Diss. 10. sb. 6. lit. 6.*
 Hahn. *ad Wesenb. tit. de cadav. punit. circa fin.* Insuper dicta intelligo
 tantum de cadaveribus punitorum, non de puniendis vel supplicio
 destinatis; Hos enim vivos Medicis ad Anatomem concedere nego,
 cum Speckhahn. *cit. loc. quæst. 7.* Berens *d. l. coroll. 5.* pœnæ enim
 executio non his, sed carnificibus est relinquenda. Dn. Dr. Schwen-
 dendorf. *ad Eckholt. comp. ff. de cadav. punit. §. fin.* utut aliàs Mar-
 quard. Freher. *lib. 1. parerg. c. 25.* in contrarium inclinēt. Quod
 alteram verò concernit quæstionem; Negativa mihi verior videtur:
 quod enim Principi supremo, vel qui jura superioritatis habet, non
 statim inferiori Magistratui competit, licet Jus Gladii sive Merum
 Imperium habeat, cum hujus potestas se non extendat præter id, ut
 Reus legitime puniatur, ut vel ideò Cognati puniti, tali judici vel
 Magistratui justè contradicant, post Clar. *recept. sent. lib. 5. §. fin.*
quæst. 100. n. 2. & ib. Bajard. *in not. n. 4.* Hahn. *d. l. conf.* Menoch.
de A. J. Q. 285. n. 10. qui omnes existimant Magistratum consulere
 non modo Principem debere, sed & licentiam impetrare. Carpozov.
d. l. 2. 74.

XX.

Bruta & res inanimatas quod attinet, certum est, nonnunquam
 in Bruta animadverti pro Jure Gladii s. Mero Imperio: *nonnunquam*
 dixi, rarè enim hoc fit, & non nisi ex speciali ratione: Vult hoc
 ipsum Jus divinum, quando non tantum *Genes. IX. 5.* scriptum repe-
 ritur: *Sanguinem vestrarum animarum requiram de manu cunctarum*
bestiarum: Sed & pœna speciatim designata, *Exod. XX. 28.* *Si Bos*
cornupeta percusserit virum aut mulierem & mortui fuerint, lapidibus
obruatur: Et *Levit. XXI. 15.* *Qui cum jumento vel pecude coierit:*
morte morietur, pecua quoq; occidue: concordat *can. mulier. 15. q. 2.*
mulier que accesserit ad omne pecu & vult ascendi ab eo, interficietur
mulierem & pecus morte morietur: Cui respondet, quod in Concilio
 Wormatiensi jubeantur interfici Apes, quæ hominem occidissent.
 Zoël. *ad ff. tit. de pœn. n. 30.* Sic Plinius narrat *lib. 8. c. 18.* *visas*
fuisse in Africa Leones suspensos, quod ab iis fuisse obsesse urbes. Guido
 Papzus *in quæst. Delphic. 238.* testatur, se vidisse porcū suspensum, quia
 puerum interfecerat. Alia hujus rei exempla recenlet Boërius *Decif.*

36. 8. 6. § seq. Moribus hinc inde receptum esse asserit. B. Joh. Andr. Frommana. Profess. Tübingeris, cum viveret, celeberrimus, in *Disser.* ante 18. annos *ibid.* hab. de *Alter. Imper. in bruta c. 3. n. 22.* ut cum Nemesi Carolina hominibus nefando crimine Sodomiz cum bruto se polluentibus ignis constitutus sit; *art. 116.* hæc ipsa abotendi ratio in brutis observetur; imò ab ipso Carol. V. *in d. art. 118.* introducta dicatur. à Matth. Stephan. *d. l. hb. 1. c. 6. n. 167.* Et certum est, Germaniz judicia hunc morem sequi: qui & lege scripta in Ducatu Württembergico confirmatus *in Nov. Wirtenb. Constit. 1. §. 27.* cujus verba citata reperiantur ap. B. Dn. Fromman. *cit. loc.* multaq; hujus rei causa adduxit præjudicia Carpozov. *in pr. Crim. q. 76. n. 34. 39. 45. § seqq.* Et ita à Collegiis Prudentum quotidiè responderi solet, & non ita pridem, ante aliquot modò septimanas, Amplissima hujus loci Facultas Juridica respondit in pro. Sodomiz. Circa alteram speciem autem, quæ homo à bestia aut pecude occiditur. (Hæ enim duæ modò moribus nostris sunt criminum species, ex quibus plebè animalia solent. Vid. Joh. Thomæ. *in rr. de Noxâ animal. c. 27.*) variatur & poena mortis minus frequentatur.: Nihilominus mihi retulit Dn. Præses, Venerandus Dn. meus Patruus, se ante 35. annis in Geldria bovem caput palo infixum vidisse, inquirens in causam, relatum ipsi, bovem illum cornupetam hominem occidisse, jusque veloci Magistratus à carnifice decollatum, caput palo infixum & cadaver tetra mandatum: Notum insuper quod Parricidæ culleo insuti cum gallo gallinacéo, viperâ & simiâ in vicinum mare vel amnem projici & enecari debeant *l. 9. ff. ad L. Pompej. de Parricid. §. 6. Inst. de Publ. Judic.* & ib. Dd. cur verò hæc animalia culleo inferi debeant, videre est apud Matth. Stephan. *d. l. n. 163. § seq.* quo me remitto. Sed absolum hoc ferè videtur, cum affectu delinqvendi & dolo careant bruta animalia, & tamen puniri debeant. Wesens. *ff. de pen. n. 6.* Regulare autem est, ubi culpâ non est, ibi poenam non poni: culpam in bruto defectus sensus removel, ut & poena removenda videatur. Zoëf. *ff. h. t. n. 30.* Sed Respondeo, in animalia bruta quando suppliciorum severitas extenditur, id non fieri ratione delicti veri & ad formalem punitionem; sed materialiter tantum & ratione terroris majoris hominibus incutiendi, Thomæ. *d. l. c. 22.*

Bachov.

Bachov. *ad Tract. D. 2. ib. 6. lit. B.* Sen, ut clarius hæc proponam: in Animalia animadvertitur. r. interdum non tam principaliter & directe, sed quatenus delictum hominis conjunctum est, ad abolendam facinoris ab his perpetrati memoriam, quod pertinet *cas. loc. Exod. XX. Et C. C. Carol. V. art. 116. 2.* non formaliter, quoniam in bestias non proprie delictum cadit, sed materialiter tantum ratione ipsius facti. *Exod. XXI. 28.* Denique poenam hominis animalia quædam adhibentur. *ff. s. l. de Publ. Jurisd.* quæ tamen respectu bestiarum poena non est, sed usus tantum domini humani juxta doctrinam *Græci de J. B. Et P. 2. c. 21. ff. 11.* quod fœdera & sine sufficienti ratione, ut mihi videtur, reprehendit *Ziegler. ad d. L. Græci*

XXI.

Quæ *Et inanimata* non desunt quidem exempla, quod & in has antiquitus animadvertum sit, originem hujus referent *Joach. Stephan. de J. B. Et P. 2. c. 4. n. 16. 17. Et seqq.* Draco antiquissimus Atheniensium Legislatores præter brutæ & res inanimatas puniendæ judicavit, ut ligna, lapides, ferrum aliæque si delapsa hominibus occidissent, ead. urbes agrorum exterminanda statuit. Quæ facit, quod ex *Pausania* refert *Zoch. ad ff. de J. B. 31.* Aleos damnosæ bovem onem, eumque deportari jussit, quod eius omni pueri cadentis caput illud necis causam tribuisset. Sic *Diomedis* Athleta statua à *Thasie* damnata & in mare abjecta est, quod hominem casu oppressisset. *Petr. Gregor. Tholos. Synagm. lib. 26. c. 25. n. 9.* *Joachim. Stephan. d. l.* De *Theaginis* statua (alii *Niconis* *Thasi* fuisse volunt. Vid. *Thomas de Mexa anim. c. 27. n. 19.*) idem refert, in quem virum cum Adversarii ulciscendi libidinem explere non poterant, mortuum contumeliis infestari attentarunt, & ideo nocte quidam ex his ingressus est sanum, in quo statua collocata erat, eam flagris cordebat, ex quâ castione mota statua collabendo adversarium oppressit: Ensem quoque s. gladium, quo homo occisus est, *Parlamentum Tholosanum* suspendisse adducit. *Harprecht. ad ff. 1. de quadrup. pauper. n. 3.* conferatur *Forner. lib. 1. Stall. c. 8.* ubi plura adducuntur exempla punitarum rerum inanimatarum. Sic non olim modo contigit, sed & hodie sæpe fit, ut ob delicta Dominorum *Aides* deiciantur & solo sequentur. *Tholosan. d. l. 2. c. 10.*

n. 5. ad extingvendam memoriam delendaq; vestigia scelestorum Dominorum: quanquam Cicero potius ad memoriam poenae publicè constitutæ id factum dicat, sive ut illorum facinus memoria & nomine loci notaretur, in quem finem sæpius ædium dirutarum loco columnæ infamiae, *Stand. Sculen* erigi solent Petr. Theodoric. *in Colleg. Crim. Diss. 10. th. 3. lit.* Et memorabile exemplum adduxit B. Frommann. *in cit. Diss. de Mer. Imp. in Brus. c. 6. n. 8.* Imò quotidiè videmus, secures, gladios, ficas, cultros & similia instrumenta, quibus delicta sunt commissa, patibulis & palis numellis affigi & suspendi; ut recordatione periculi alieni horror injiciatur hominibus à similibus delictis. Matth. Stephan. *supr. cit. c. 6. n. 178. Zoëf. d. l.*

XXII.

OBJECTUM Juris Gladii s. Meri Imperii sunt delicta, & quidem publica, vel potius omnes causæ criminales, quibus nempe ex delictis criminaliter agatur. Bocer. *de Juri. c. 1. § 5. Scrag. in introd. Pand. tit. de Jurisd. §. 19.*

XXIII.

FORMA alia essentialis est, alia accidentalis: Ad illam referri potest. 1. Quod Jus Gladii s. Merum Imperium Jurisdictioni non subserviat, sed potius Jurisdictio illi: Non enim propterea de criminibus cognoscitur ab illo, qui id habet, ut in cognitione & sententiâ acquiescere velit, sed ut postquam per sententiam de crimine & facinore constiterit legitimam poenam assequi possit. Et hoc est, quod dicitur, Jus Gladii principaliter tendit ad animadversionem & coercitionem, secundario verò ad cognitionem & definitionem. Scrag. *d. l. §. 20.* 2. Quod Jus Gladii non jure Magistratus, sed ex speciali legis, Scti vel constitutione Principis competat. *l. 1. §. 1. ff. de Offic. ej. cui mand.* Ad hanc spectat, quod Jus Gladii sive Merum Imperium aliis plenius, aliis parcius datum sit. Vid. *supr.*

XXIV.

Jam juxta electam methodum subjungo FINEM ET EFFECTUM: Juris Gladii Finis est inflicio poenarum circa causas criminales, imò vindicta delictorum eorumq; coercitio: quamvis hæc remotior, illa proximior dici possit. Ex quo sequitur Effectus pax & tranquillitas Reipubl. & quod boni efficiantur cives non minus metu poena-

poenarum, quàm spe præmiorum, ut loquitur Ulpian. *in l. 1. ff. de J. & J.* quamvis & hunc *Ultimum* dicere possum Effectum, *Intermedium* autem duplicem facere, *primum* & ex *primo* ortum: Ad illum refero actus, quos quis vi Meri Imperii exercet, qui duorum generum sunt, *cognitionis* scilicet & *animadversionis*: jamdudum enim explosa est opinio, qui cognitionem ab animadversione separarunt; illam nomine Jurisdictionis criminalis, hanc demum Jus Gladii sive Merum Imperium appellantium, quæ sententia est Obrechtii & qui hunc sequuti sunt. Facit interim pro hæc meâ sententiâ tum *l. 6. ff. de Offic. Procoff.* tum quod animadversio sine prævia causæ cognitione & sententiâ fieri nequeat: Unde cui illam, etiam hanc concesserunt LL. nostræ Romanæ. Frantz. *ad ff. tit. de Jdicit. n. 14.* Vinn. *de Jdicit. c. 1. n. 9.* Animadversionis autem varios gradus & genera Dd. faciunt, ubi tamen hæc ab illis, ut supra jam monitum est, distingvi oportet: uti enim genera poenarum infinita ferè sunt, ita gradus animadversionis non quidem sex, uti Bartolus *ad l. 3. ff. de Jdicit.* voluit, quos examinat Obrecht. *de Jdicit. c. 7. n. 31. & seqq.* & Matth. Stephan. *de Jdicit. l. c. 7. n. 8. & seqq.* Nec 4. secundum quatuor elementa, uti nonnulli existimarunt, quasi quidam Magistratus habeant potestatem puniendi in terrâ, ut qui vivos sepeliunt. *l. 3. C. de Episc. aud.* quidam in igne, ut qui veneficos comburunt, quidam in aëre, ut qui fures suspendunt, quidam in aquâ, ut qui facinorosos submergunt. Mascard. *de prob. concl. 403. n. 4.* cum ibid. allegat. Alit malè, ut ostendit Matth. Stephan. *cit. loc. c. 7. n. 4. & 5.* sed tribus ordinibus commodè comprehendi possunt. *arg. l. 28. ff. de poen. Scip. Gentil. lib. 3. de Jdicit. c. 6.* Stephan. *d. c. 7. n. 18. & seqq.* Obrecht. *d. l. c. 7. n. 2.* Inter quos, *Primus gradus* s. ordo completitur poenas, quibus mors naturalis irrogatur & vita naturalis adimitur. Huc pertinent capitis amputatio, ad furcam damnatio, crematio, fumigatio, vivi in partes dissectio C. Cr. Carol. V. *art. 124.* submersio, strangulatio, membrorum per rotas fractio: *art. 130.* & humatio foeminae vivæ: *art. 131. Const. Crim. Carol. V.* & similes. *Secundus* continet poenas, quæ morti naturali proximæ, atque juxta Hahn. *in Observ. ad Wesenb. de Jdicit. n. 6. p. 159.* duplices sunt (1) quibus gravior coercitio corpori infligitur morti affinis. (2) quibus vita civilis adimitur. Hinc

D

refe-

referuntur poenæ, quibus corpus hominis mutilatur, ut quando oculus eruitur, manus vel pes amputatur. *Nov. 134. c. ult. digiti vel aures abscinduntur, lingua vel labia amputantur vel perforantur, Damnatio in metallum L. 8. §. 4. & L. 12. ff. de poen. & in opus metalli, quæ duo quomodo differunt, videre est in L. 8. §. 6. ff. de poen.* In opus publicum damnatio, *L. 17. pr. ff. eod.* Damnatio ad triremes sive ut vocant Galeras *Gothofr. ad cit. L. 17.* Aquæ & ignis interdictio (olim enim Romæ civem facinorosum ultimo supplicio afficere, eiq; spiritû & vitam adimere netas erat. *Joach. Steph. de Jdith. 1. c. 2. n. 22.* idcoq; talibus aquam & ignem interdicebant, qui privati usu elementorum nolentes volentes urbe exire compellebantur) In cujus locum postea successit deportatio *L. 3. pr. ff. ad L. Jul. peculat. L. 2. §. 1. ff. de poen.* in Insulam, quæ à continenti distabat 400. miliaribus *Cujac. 6. Obs. 39.* Et in hujus locum iterum Ban- num Imperii migrasse multi Dd. volunt, quod tamen planè displicet *Bocero de Jdith. 6. 5. n. 36.* & nonnisi secundum quid concedit, *Strauch. Dissert. univers. jur. 20. th. 9.* cum non exigua inter hæc duo differentia sit *Gail. 2. de P. P. c. 1. n. 20. Jul. Clar. 5. sent. §. fin. quæst. 47. & 71.* Tertium gradus reliquas continet poenæ, quæ ad eximiationis, non verò ad capitis vel status periculum pertinent, ut fustigatio, relegatio, confinatio, cum scil. quis non relegatur sed ei certus locus, certiq; fines, ex quibus non excedat, assignantur, elegans exemplum extat *1. Reg. 11. 46.* & integra *Dn. Strykii Dissert. de Confinat.* Stigmatis inultio, Expositio ad numellas, Impositio lapidis famosi sive scandali. *Mynsing. consil. 16. n. 26.* Infamia, Privatio dignitatis, *L. 2. §. 2. vers. sed si ff. de his qui infam. voi. Cujac. 27. Observ. 8.* Multatio & Carceris poena, &c. *Besold. conf. 3. c. 1. n. 20. & 27.* Ubi tamen observandum, quod de carcere & multa hic dicitur, non aliter obtinere, quàm si in causâ criminali dictata vel imposita sit, hæ enim poenæ mero & mixto Imperio communes sunt. *Vid. Scip. Gentil. 4. l. 3. c. 10. Struv. ad ff. exero. 4. th. 77. Bachov. ad Treutl. 1. D. 3. th. 4. lit. D. & E.*

XXV.

Ad Effectum Ortum refero varia remedia pro vindicando jure gladii s. mero imperio prodita, quæ sunt vel *extrajudicialia* ut si in continenti & propria autoritate quis se opponit Turbatori, eumq; repellit

repellit *arg. t. t. quando licet unic. sine jud. l. t. C. unde vi. vel judicialia.*
 Et hæc iterum sunt vel *personaria*, vel *possessoria*: *Personaria* vel *realia*,
 vel *personalia*: Inter *Realia* est actio *confessoria* & *negatoria utilis*:
 Quamvis enim *Vaud. z. qq. 27.* & alii actionem *confessoriam* & *negatoriam*
 tantum ad *servitutes*, non etiam ad alia *jura incorporalia* pertinere
 arbitrentur, erroneum tamen hoc est, ut ostendit *Sneidwin.*
 & alii *Dd. ad f. 2. Inst. de Act.* Ad *personales actiones* forsitan referri
 possunt, quas *conventio*, qua hoc *Jus Gladii acquisitum*, producit,
 (quod tamen non caret dubio, ut *confictus* dabit,) it. act. *injuria-*
rum tam *civilis*, quam *criminalis arg. l. 13. f. ult. & l. 23. ff. de injur.*
Possessoria sunt varia, prout vel *ademptum* hoc *jus*, vel *imminutum*,
 vel in eo quis modo *turbatus* est, ut *illo casu Interdicta* *recope-*
randæ possessionis sive *jure civili* s. *canonico* *introducuntur*: *Hoc*,
interdictum uti *possidetis* s. *remedium manutentionis* &c. *arg. eorum*
quæ habent *Bocer. de Jdct. c. 10. Matth. Steph. de Jdct. l. c. 40.*
Gail. de pignorat. Observ. ult. & Rutgers. Ruland. de Commis. &
Commis. Pars. 3. lib. 5. c. 18.

XXVI.

Superfunt *CONTRARIA*, ad quæ refero *modos*, quibus *Jus Gladii*
 s. *Merum Imperium* amittitur, & vulgò tres *constituuntur*: *Renun-*
tatio s. *Resignatio*, *Non Usus* & *Abusus*: Et quod 1. *Resignationem*
 attinet, vix *dubium* videtur *subesse*, quin *inferior*, qui vel à *supremo*
Principe vel *Domino territorii*, per *privilegium* vel *aliam superioris*
voluntatem expressam, vel *tacitam* *Jus Gladii* *obtinuerit*, suo *juri*
renuntiare possit, *arg. l. 21. C. Mand. l. pen. C. de Pass. l. 41. ff. de*
minor. Nov. 136. idque *ideo* nonnunquam fieri *censo*, quia *Jus*
Gladii onerosum potius quam *lucrativum* est, & magis *honorifi-*
cum, quam *proficuum*. Tenetur enim *Magistratus* *onera* *Juris-*
ditionis criminalis *sustinere* in *processu inquisitorio*. *Carpzov.*
Pr. crim. q. 138. n. 39. & seqq. n. 62. & seq.

XXVII.

2. *Non utendo* & *Prescriptione* amittitur *Jus Gladii* s. *Merum*
Imperium c. 14. X. de Privileg. c. cum persone. eod. in 610. posses-
sione scil. per *prohibitionem* *interversa*. *Matth. Steph. de Jdct. l.*
c. 39. n. 17. Non Usus alias est, quando quis non *utitur* hoc suo *jure*
Gladii, nec illud *exercet*, cum *occasione* illud *exercendi* habeat,
 vel

vel ad alterius vicini forsan prohibitionem acquiescit per tempus ad prescriptionem sufficiens : non usus enim instar prescriptionis habet. *Cum occasionem habeat*, dixi ; Nam deficiente occasione delinquentes puniendi, & actus possessorios exercendi Jus Gladii sive Merum Imperium non amittitur. Gail. 2. *Obs.* 60. n. 6. & *ibid.* Bernh. Grevæus *confid.* 2. Mascard. *de prob. conclus.* 646. n. 11. asseverans. quod licet per 100. annos homo aliquis in furcis suspensus non sit, adhuc nihilominus Jus Gladii s. Merum Imperium subsistere immotum. Conf. Sinolt. *Schutz. jur. publ. vol.* 2. *D.* 8. *rb* 7. *lit.* C. Minimè verò huc referri debet casus, ubi patibula s. furcæ diu collapsæ fuerint, ut potius collapsarum loco novas erigere possit. *arg. l. 2. ff. de Jact.* Gail. *d. l.* Furcæ s. Patibuli erectio enim semper cohæret Juri Gladii s. Mero Imperio Cardin. Thusc. *lit. F. conclus.* 537. Zieritz. *ad Constn. Crim. art.* 116. Licet expediat erectas potius conservare, vel collapsas sine morâ erigere atqve sic possessionem continuare, utpote quod ad evitandam omnem hâc in re controversiam ut plurimum proficit. Vid. Grevæus *cit. l. n. 7.*

XXVIII.

Amittitur 3. quoque Jus Gladii *Abusu* : Ut enim omne jus & privilegium abusu amitti dicitur, ita quoque Jus Gladii s. Merum Imperium, idc̄ non tantum directò propter crudelitatem & nimiam sævitiam. Gail. 1. *Obs.* 17. n. 2. Carpzov. 1. *Respons.* 53. v. 11. Matth. Stephan. *de Jact.* 1. c. 39. n. 7. 8. & *seq.* Sed & per consequentiam, amittendo, e. gr. feudum, cui cohæret Jus Gladii : Regula enim generalis est, ex quibus causis vassallus feudo privatur, ex iisdem Jurisdictionem (adeoque & Jus Gladii feudo cohærens) amittit. Cravetta *consil.* 597. n. 8. His meritò annumeratur quævis alia culpa seu gravius delictum, ob quod in bannum Imperii quis incidit : Talis enim à fide & tuitione Sacri Imperii excluditur, & in discrimine vitæ fortunarumque constituitur, nihilque proprii retinet. Gail. *de Pac. Publ.* 2. c. 1. n. 21. Matth. Stephan. *d. l. v. 12.* Minimè autem huc pertinet Mors concedentis, c. 2. *de Offic. Legat. in 6.*

Tantum!

Ad
Charissimum suum
ex Fratrem Germano
FILIUM,
Auditorem & Domesticum
per integros quatuor
& quod excurrit, annos.

PRÆSES.

Quid comitis laudes multis quid carmine fingam,
Vis genio tribuam denique multa tuo ?
Haud faciam ; nam quicquid erit, res ipsa loquetur,
Qualeque sit, quod das ingenii specimen.
Gratulor ex animo tibi doctæ munera mentis,
Et precor, ut fructus laudis in orbe ferant !

MASCOVI, pia quem virtus commendat amicis,
Cujus inextincto tactus ab igne sales :
Dum Tu, barbariem facti vitiumque perosus,
In cathedram gladii jus trahis, idque probas :
Arctoi blande Soli decus annuit ausis
REX CAROLUS, gladium qui gerit, ecce, tuis.
Est aliquid placuisse Deis. presentia cæli
Dat stimulos animis, nec leve calcar habet.
Ausis ergo tuis, MASCOVI, matre ! Secundant
Omnibus Reges te Proceresque bonis.

Generoso Dn. de MASCOV, Speciminis Acade-
mici Auctori Solertissimo, Amico Sva-
simo, aulogædiæ faciebat.

M. CHRISTIANUS Saalbach /

Pœtic. ac Orator. Prof. Ordinar.

Imperii

Imperii gladiique simul quos jura tenere,
(Dum Cathedra laetum vindicat) auctor ait,
Huic, fas, esse meros Vos elegantesque Patronos:
Pro VOBIS gladium vibrat in arte Cliens.

Prolyta Pre-Nobilissimo
DN. GEORGIO BOGISLAVO DE MASCOU,
Jura Gladii Meritiq; Imperii
felicitè disputanti
amica gratulationis ergo
f.

M. BENJAMIN Pogerne /
Prof. Reg.

De jure & gladio salus dicitur discessit, implet
Nominis & studii munus iuncta tui.
Jus armis gladio, gladium dum jura recondit,
Adstruit imperio subdita jura merito.
Gratulari insignes quas continuasque Tegatur
Fers ac ostentat Nobilitatis opes!

Generoso Nomini Animoque Elegantissimi
Dn. Respondentis & mihi dabam

M. JO. PHILIPPUS PALTENIUS,
Moral. Prof. Ordinis.

Quod Tu, MASCOVI, conscendis pulpite nostra,
Ac lingua docta praelia docta subis,
Laudo: sic pergas, tua coepta Jehova secundet,
Ut Patriae praestes commoda multa tuz.

*In honorem Generosi Dn. Respondentis, Contu-
bernalis ac Agnati suavissimi, gratulaban-
dis hac apposuis*

B. P. M. G. P. LL. Sc.

ae(0)20